Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31260
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



5

auditu fecit in extremis tre Dicite filie syon
ecce saluator tuus uenit. ecce merces eius cum eo. et
opus eius coram illo Et uocabunt eos populum sanctum.
redempti domino deo meo Lectio ad Titum
Karissime Apparuit benignitas et humanitas
saluatoris nostri dei Non ex operibus iustitie
que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit
per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti quem
effudit in nobis habunde per ihesum xpm saluatorem nostrum ut iustificati gratia ipius heredes simus
secundum spem vite eterne In xpo ihesu domino meo Et
Benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus et Ps.
illuxit nobis V. A domino factum est istud et est mirabile in
oculis nostris Alla V. Dominus regnauit decorem induit induit
dominus fortitudinem et precinxit se utute Secundum Lucam
In illo tpe. Pastores loquebantur ad inuicem Transeamus usque bethlehem. et uideamus hoc verbum
quod factum est. quod fecit dominus et ostendit nobis Et ue
nerunt festinantes. et inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio Videntes
autem cognouerunt de uerbo. quod dictum erat illis
de puero hoc Et omnes qui audierunt mirati
sunt. et de hijs. que dicta erant a pastoribus
ad ipsos Maria autem conseruabat omnia uerba hec